

**BOLETIN ECLESIASTICO**

DE LOS OBISPADOS DE

SALAMANCA Y CIUDAD-RODRIGO.**Ex S. Congregatione Indulgentiarum.****DECRETUM URBIS ET ORBIS**

quo uberius declaratur tum confessionem tum Communionem peragendam causa Indulgentiæ consequendæ peragi posse in pervigilio cuiusvis festivitatis, in qua indulgentia lucriferi possit. Ibiq; recolitur privilegium iis omnibus concessum, qui semel saltem in hebdomada peccata confiteri soleant.

Ex audientia Sanctissimi die 6 Octobris 1870.

•Inter ceteras condiciones, quæ in adimplendis operibus iniunctis pro acquisitione Indulgentiarum servari debent, ea est ut eadem fiant intra tempus in concessionibus præfinitum. Ut vero Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita, approbantibus Summis Pontificibus, quoad præscriptam confessionem et communionem, vel benigna interpretatione vel indultis hac in re providendum existimavit.

«Hinc per Decretum diei 19 Martii 1759 statuit: *confessionem suffragari si expleatur etiam in pervigilio festivitatis pro qua concessa est Indulgentia*; et item per Decretum diei 12 Ju-